



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

7 Anacletus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

4

riono tum in libris quinque contra Centuriatores Magdeburgenses tum in suis Commentariis ad libros illos octo Clemētis de constitutionibus Apostolicis. Huic Apostolico de Episcopis & Clericis in sua quibusque statione continendis iuri prorsus est conforme quod Clemens idem Romanus in Epistola prior ad Iacobum fratrem Domini scribit de tota presbyterorum Clerique militia quasi praesidiaria certos intra totius christianismi tunc futuri limites collocanda iussu ipsiusmet Christi; qui voluerit in ciuitatibus illis in quibus apud Ethnicos erant Archiflamine maiores, constituit Patriarchas; in ciuitatibus verò matricibus, quae Metropoles appellantur, Metropolitanos vel Archiepiscopos; in aliis autem ciuitatibus non paruis at mediocribus, Episcopos. Vnde cōsequens fuit vt in cæteris denique minoribus oppidis & castellis & in pagis atque villis alii presbyteri non Episcopi cōstituerentur. Presbyteris nimirum in locum discipulorum Christi succedentibus, Episcopis in locum Apostolorum, quod ipsum commemorat & Anacletus Clementis eiusdē successor in epistola sua tercia c. 2. nominatim simul & hoc addens, presbyteros ab Episcopis per castella & ciuitates modicas ordinandos esse; singulos tamen, inquit, per singulos ritulos suos, & paulò post, Episcopus ad honorabilē urbem titulandus & nominandus est; presbyter verò ad quemcumq; locum vel ecclesiam in eo constitutam est p̄ficiendus, & in ea diebus vitæ suæ duraturus, ita diuus illic

6
Præsidaria
cleri totius
militia per
vniuersam
Christianis-
mum dispo-
sita iussu
Christi teste
Clemēte Ro.

7
Anacletus.

8
Titulus Ec-
clesiasticus
quid & vn-
dē.

onsia

Anac-